

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 257. An & qualiter Sententia lata pro dissolutione matrimonii
transeat in rem judicatam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](#)

4. Resp. quartò: Dissoluto matrimonio ob viri impotentiam in genere absque expressione causa specialis (quod facere Judex non debet , ut Castrop. l. c. n. 4.) si vir ineat aliud matrimonium, statim separandus est, upote absolutè judicatus impotens. Mulier verò , si alteri nubat , separari non debet , priusquam investigetur causa impotentiae , ob quam prius matrimonium dissolutum , nimur dum causa hæc in sententia dissolutionis expressa non est , ex actis prioris processus , & ex causis , quæ testes & matronæ reddiderunt , stat siquidem possessio pro secundo illo coniugio. Sanch. l. 7. d. 99. àn. 27. Gutt. c. 115. n. 9. Pone. l. 7. c. 64. n. 4. Castrop. n. 4.

5. Resp. quintò: Conjuges redditæ ad prius coniugium , posteriore dissoluto ob errorem deprehensum , si intra triennium habere non potuerint copulam , omnino separari debent , & ad secundum coniugium reddendi ; quia convincitur , fuisse impotentiam respectivam quod ad prius matrimonium. Sauch. n. 34. Castrop. n. 6. Si autem interea , quo restaurandum prius matrimonium , alter sit professus , nulla facienda restitutio ; cum per professionem dissolutum matrimonium prius datum tantum. Secus est , si transiit ad SS. Ordines , reddendus enim tunc efflet uxori id petenti ; cum per sacram ordinem non dissolvatur matrimonium. Sanch. n. 39. Condux verò ante hanc professionem ad secundum matrimonium transiens separanda ; quia nulliter contraxit. Sanch. Castrop. ll. cit.

Quæst. 257. An & qualiter sententia lata pro dissolutione matrimonii transeat in rem judicatam.

1. Esp. primò: Sententia lata in causa dissolutionis matrimonii (intellige , non tantum ob impedimentum impotentiae , sed etiam propter quodcumque aliud seu aliam causam) quantumcumque confirmata , vel etiam elapsus terminus ad appellandum , non transit in rem judicatam , sed retractanda , quoties compertum , ex errore processum esse. Covar. 4. decret. 2. part. c. 8. §. 12. n. 12. Sanch. l. 7. d. 100. àn. 1. Castrop. cit. §. 12. n. 7.

juxta quod deciditur c. lator. c. consanguinei. c. tenor. de sent. & re judicat. c. fraternitatis. b. t. Quin & Judicem ex officio etiam invita parte teneri ad hujusmodi retractionem , cum illius sit peccata auferre & inconvenientia (qualia sunt matrimonium validum iuritum declarare , & vi hujus declarationis conjuges revera non liberos reputare se liberos) evitare , docent Cardin. in c. lator. n. unic. Sanch. n. 3. Castrop. n. 7.

2. Resp. secundò: Tametsi non transeat in rem judicatam , ut non possit per viam querelæ contra eam allegari. Covar. Sanch. ll. cit. Castrop. n. 8. Suscipit tamen autoritatem rei judicatæ , ne per appellationem possit corrigi aut impugnari , quin allegans contra ipsam suam impugnationis causam veritatem proponat , quam Judex prius summarie non citato adversario cognoscere debet , & eā apparente verisimili , audiendus allegans , alias repellendus. AA. idem. Porro querela nova audiri debet novo proposito libello , cum secundum priorem instantiam sententia transferit in rem judicatam , juxta c. ex literis. de in integ. ref. Proponenda autem querela coram eo Justice , qui adiuri potest per simplicem querelam , qui est ipse , coram quo prius causa matrimonialis acta fuit , aut agi poterat. AA. idem.

3. Resp. tertio: Dicta sententia transit in rem judicatam quo ad expensas , in quas succumbens condemnatus fuit ; quia ex firmitate hujus condemnationis nullum foyetur peccatum , quæ est ratio retractandi sententiam circa nullitatem matrimonii. Ita AA. citati. Ex quo etiam generaliter infert Castrop. quod quoties observata sententia ex consentu utriusque conjugis peccatum cessat (ut contingit , cum iis movetur lis circa valorem matrimonii ob impedimentum metus vel conditionis servilis ignorante) & hic , qui impedimentum allegavit , succumbit ; quia pronuntiatâ sententiâ pro valore matrimonii legitimo tempore non appellavit , aut appellationem non est prosecutus ; non potest contra latam sententiam insurgere ; quia in hujus observatione nullum est peccatum.

TITULUS XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesie.

Quæst. 258. Quid hic intelligatur per vetitum seu interdictum Ecclesie , quam vim habeat , & quam obligationem pariat.

1. Esp. ad primum primò: Non venire hic nomine hujus impedimenti interdictum Ecclesie generaliter seu latè sumptum , prout significat prohibitionem à SS. Canonibus factam , seu etiam prohibitionem quilibet ecclesiastici matrimonii , sive enim comprehendit impedimenta omnia etiam dirimentia (quale non est hoc) sed sumptum strictè seu specialiter pro prohibitione hie & nunc specialiter facta à superiori ecclesiastico ob causam legitimam interdicente matrimonium celebrare ad tempus , donec melius , dum forte obicitur impedimentum , de habilitate contrahendum , cognoscatur , vel caveatur de scandalo inde nato , vel nascituro. Pro ut de hoc impedimento agitur c. sin. §. cum autem , de clandest.

deffpn. ubi Parochis præcipitur , ut , cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam contraria , interdicatur expressè , donec , quid fieri debeat super eo , manifestis constituerit documentis. Unde etiam patet , hoc impedimento esse distinctum ab impedimentoo feriarum (de quo qu. seq.) quo non matrimonium , sed tantum ejus solemnitas interdicitur. Neque etiam venire interdictum ecclesiasticum , quod est censura & pena ecclesiastica , quæ quis à perceptione quorundam Sacramentorum à divinis officiis & sepultura ecclesiastica arcetur , cui interdicto subiectus cum alio , vel non , vel pariter interdicto , vel etiam loco interdicto , tametsi contrahat validè , secundum omnes , licet tamen contrahere negant Suar. d. 33. de censuris. f. 1. n. 5. Pone. l. 6. de matr. c. 9. n. 4. eo quod matrimonium non sit inter Sacra menta , quorum perceptio tempore vel loco interdicto permittitur. Affirmant è contra Covar. in c. alma mater. p. 2. §. 2. 7. Abb. in c. non est. sponsal. Sanch. l. 7. d. 8. per tot. Henr. L. 13. a. 45. & alii.